

Appendix. — Europa Nro. 59.

Regnum Mortuorum.

Sermo Politicus.

De optimo mundo.

Elisium — Meum 8. Julii 1808.

T e x t u s.

Mundus noster est omnium mundorum possibilium optimus.

Leibnitius.

Quam mirabile illud foret Phœnomen, si magnus ille Doctor Leibnitius, et ejus humilis Discipulus Panglos adhuc mundum redirent. An magnus hic vir nunc etiam suae inhareret sententiæ; mundum, qualis nunc est, omnium mundorum, quos Dominus Deus creare potuisset, esse optimum? — Cur non? Etiam ille vixit tempore belli, et inter miserias, quas bellum ad multos annos post se relinquit. Profecto, assertio ejus habet bona fundamenta. Ens optimum, in argumentatur, debuit in suâ sapientia mundorum omnium, quos omnipotentia ejus eligere potuisset, optimum creare. Turbae, delicta, crimina, quae in mundo accidunt, sunt nihil comparate ad illa, quae in alio possibili mundo evenissent, ergo hic mundus est omnium possibilium mundorum optimus, non obstantibus bellis, mutationibus, eventibus atrocissimis, et revolutionibus, quae ab origine mundi ad nostra usque tempora evenerant.

Memorabilis, et doctrinae plenus mundi conspectus: — Sextus Tarquinii Regis filius, incensus amore pulchrae Lucretiae, uxoris Collatini. Quid facit? Talia fiunt quotidie in optimo mundo. Hoc equidem concesserim: Sed crimen illiciti amoris Sexti, virtus hujus matronae romanae, quae pudorem hunc supervivere noluit. — Duo secus quotidiani eventus, prodixerunt in hoc optimo mundo revolutionem, quae summas habuerat sequelas. Lucretia convocavit Proximos suos, qui erant Patricii romani, confessa est violentiam virtuti suae illatam, et infixo pectori pugione, in oculis eorum expiravit. Casus hic incendit animos Patriciorum, expulsi Roma Tarquinis, erexerunt speciem Reipublicae monarchicae, quae tempora heroica multorum illustrium virorum, facta summi momenti, et occupationem noti attunc mundi produxit.

Si Sextus amoribus infascinated; et Lucretia tantae virtutis non fuisset, indubie nec heroica Roma surrexisset; fuisset longe alter rerum ordo, et quis scit, qualis? — Tota Romanorum historia aliam accepisset tendentiam; non fuissent Scipiones, non Augusti, non Virgilii, non Ciceroes, non Horatii, non Catulli, etc. aut saltem fuissent in alia forma. Mundus optimus alium accepisset cursum, aliamque habuisset historiam; et quis scit, qualis in nostra germanica patria fuisset rerum facies; Roma enim totius orbis formam mutavit. Delictum Sexti, et virtus Lucretiae habebant in serie rerum mundanarum infaustissimas sequelas. Ut totus mundus occupari possit, oportebat cruenta gerere bella, homines trucidare, subjugare, et mancipia efficere. Quomodo haec concordant cum optimo mundo? — Optime; Nam si Dominus Deus inter milliones mundorum possibilium alium creasset, certe in quovis res adhuc longe peiores, longe crudeliores evenissent. Elegit ille inter tot milliones possibilium mundorum optimum, quia ens optimum id, quod optimum est, agit; ergo mundus noster cum omnibus sceleribus suis est adhuc omnium possibilium mundorum optimus.

Si Aeneas cum aliquot Graecis Troja expulsus non fuisset; non venissent illi Romam; Romulus non exstruxisset Romam, et quid quid inde magni et heroici evenit, non evenisset. Sed in optimo mundo debuit Troja multis annis oppugnari, ac tandem occupari; debebant heroici Trojanorum animi in Italiam migrare, ut facta illa, quae Roma produxit, quaeque admiratione digna sunt, evenerint. Helena itaque, et Lucretia sunt duae principales columnae in machina nostri optimi mundi inter omnes possibles, quos Dominus Deus creare potuisset. — Ast nunquam erant tantae querebrae contra mundum. Non optimus, sed pessimus est inter omnes possibles hic mundus — Quid hoc? — Ille mundus est pessimus, qui nobis id, quod carum est, et cui assevimus, rapit, sed mundus praesens nobis rapit Caffé, Sacharum, Quinquinam, et alias merces coloniales, ergo.

Sed audiamus contrarium argumentum Mancipiorum in India — Ille mundus est melior, qui potiore[m] hominum partem a mancipatus iugo liberat; atqui per interdictam mercium Colonialium in Europam invectionem non plantatur in India tanta quantitas Caffé, et sachari, adeoque non opus est tot mancipiis, ergo modernus mundus prohibens melior est, quam prior, qui pecuniis, quas ex marsupiiis Europaeorum extrahit, sacharum et Caffé, adeoque et mancipatum hominum solvit — Quid contra hoc argumentum quod hominem opponas? An non illud adhuc etiam aliud con-

tinet
et n
cull
cele
pocr
ergo
tame

colo
colo
ferre
aliqu
si ca
sunt
natur
contr
dit,
mnes
vina.
confi

Optim
temtr
Sveci
Legat
diae
delatu
Stedin
ro Ja
thenb
deban

I
fuisse
apud
dienti
gem l
diutiv
est Co
rator
tatis
sione
Consu
honore
num A
rit —
profect
militan

tinet argumentum, ut nempe pecunias nostras retineamus, et nos ad propria domestica producta restringamus? Lucullus et Apicius sunt ob prodigalitatem in hospitalitate celebres, et tamen nec sacharum, nec Caffè habebant; Hippocrates, et Galenus curarunt febres absque Quinquina, ergo, licet mercibus colonialibus carere debeamus, mundus tamen noster est omnium possibilium mundorum optimus.

Cum has exprobrationes propter carentiam mercium colonialium audio, videor audire clamorem mulierum, quod colores pro illinienda facie caro essent pretio. Utinam deferrent potius in vultu simplicem naturam; pigmentum est aliquid exoticum, quod ipsis illa in facie earum compensaret, si caste, et modeste viverent. Ita etiam Caffè, et sacharum sunt producta, pro terra nostra, et climate peregrina, quae natura nobis ideo denegavit, quod nobis non conveniat; contra vero parte ab altera nos donis suis abunde providit, quae nos pro illorum defectu ultra necessitatem indemes reddunt. Habemus nos fructus, pecora, cerevisiam, et vina. Agamus igitur Deo gratias, et elevatis poculis palam confiteamur — Esse tamen mundum optimum! —

Habemus etiam Ephemerides, quod etiam spectat ad *Optimitatem* mundi; hae narrant, qualiter bellum in septentrione otijetur. Generalis Russicus *Tuschkov*, quem Sveci adgressi sunt; vulneratus est, amisit suorum 500. Legatus Russicus *Alopaes Junior*, quem in Svecia custodiae traditum fuisse novimus, navi Svecica *Lubaviam* delatus est, ac eadem ipsa navi Legatus Svecicus Baro *Stedingk* *Holmiam* rediit. Etiam Legatus Borussicus Baro *Jacobi*, qui jam dudum Londino revocatus est, *Gotthenburgum* appulit — *Petropoli* 13 et 14 Junii copiosae cadebant nives.

Ex *Palencia*, urbe Hispaniae, in qua nuper tumultus fuisse legimus, advenit Deputatio *Bajonnam*, quae habita apud Imperatorem Napoleonem, et Regem Josephum audientia, domum rediit, relicto uno Condeputato, qui Regem *Palenciam* usque comitabitur. Consultationes Juntae diutius, quam putabatur, protrahuntur, quarum objectum est Constitutio, qua terminata, et adprobata, ipse Imperator in ornatu sessiones solvet. Imperator consulem civitatis *Alassio* ordini legionis honorum adscripsit, qua occasione summo Ordinis Cancellario diserte praecepit, eidem Consuli nomine Imperatoris declarari: cum unice ideo hocce honore ornatum esse, quod occasione, dum nuper Angli si num *Alassio* invadere voluerant, semet strenue defenderit — Mater Imperatoris cum Cardinale *Fesch* *Burdegalam* profecta est; scopus hujus itineris non constat. — Schola militaris in *Fonte Bellaqueo* translata est ad *St. Eyr*, quor

sum Alumni, caestria dorso portantēs, pedes proficiēdi debent. — Terminatis Bajonnae rebus, Imperator visitabit urbes maritimas portusque ad Oceanum, a Bajonna usque ad Orientem.

Rex Hollandiae peragravit novissime Departamentum Geldriae, aggeresque, et cataractas mox reparari praecipit; vetus enim erat mos, ut labores hi hyeme perficiantur, cum operae minori veniant hyemis tempore, sed rex calculavit periculum, quod per dilatam reparationem enasci posset. Dum Officiales publici, et Sacerdotes omnium Confessionum ad Regem admissi fuissent, Orator in sermone suo expressit metum, ne Rex hoc adhuc anno aliorum evocetur, cui Rex respondit: „se non amplius ex Hollandia abire. Se quidem in Hollandia natum non esse, debere tamen ibidem cursum consummare.”

Naves anglicae, quae sub Praetore *Purvis* pro avehendis navibus hispanicis ad Gades exmissae sunt, vacuae in Angliam redierunt, quod ipsum indubie etiam militia continentalis, quae sub Generale *Spencer* eodem scopo advenerat, fecit; Hispani enim videntur malle se novo rerum ordini conformare, quam Anglos admittere — Spiritus gallicus etiam in America Septemtrionalem penetrasse videtur; argumento esto: Quod in Curia Repraesentantium decisum sit; Ut Concivis Americae, qui navi cuiquam praestet, et convincitur, quod aliquod telonium, aut exactum tributum Anglis solverit, ex america expellatur, nec amplius jus concivilitatis in ea obtinendi spem habeat. — Conclusum hoc acrius castigant Ephemerides Londinenses, et considerant illud velut novam victoriam, quam Gallia de Anglia reportavit; et revera nunquam majori cum energia potuissent Americani secundare dispositiones Napoleonis, quas idem contra commercium Anglicanum fecerat. —

Rex Vestphaliae aperuit comitia Casseliae 2. Julii, omni morali et physico dignitatis Regiae splendore ornatus. Habuit sermonem ad Status regni, plenum majestatis et energiae, quae simul sumpta, subditorum animos necessario abripere debuerunt. Illuminatio, theatra, saltus, mensae opiparae, et quid quid physicum distrahit hominem, aderat; negotia regni, et felicitatis populi sequuntur. Erant tempora, ubi Roma regna distribuit, nunc distribuunt — Ephemerides — Posenienses Ephemerides dicunt, pacem inter Russos, et Turcos conclusam esse; Neovidenses illas mendacii arguunt; quibus credendum? — Quid faciunt Angli ad Aquilonem? *Nihil*; modo huc, modo illuc navigant; et propter hoc *nihil* Rex Sveciae optimam provinciarum suarum, *Finlandiam*, amisit,